7

tam coactione. quod sic probatur: di. l. presbiteros ecc. videtur. xxii. q. vii.
omnis. Ad quod dicimus quod ablatio rerum aut est illarum rerum sine quibus homo vita duci non
potest. aut illarum sine quibus homo iusta duci potest. prima inducit violentiam coactionem. ut in
illo. c. presbiteros. at ultimum minime. ut in illo. c. omnis.

Quoniam in his que per vim metum ve gesta sunt. restitutio est necessaria. ideo quod
sit in integrum restitutio. a quo. cui. quando sit facienda. que sit effectus videamus. In
integrum restitutio est prioris status vel iuris reintegratio. Est autem a iudice facienda
et tam in contractu quam in sententia. dum tamen constat eccm ut minorem lesum iraudit
ut quis contra sententiam suam vel antecessoris sui valeat restituere. ut ff. de min.
inetate. § ult. et ar. xxx. q. xi. quod quis. Maior quoque adversus sententiam mi
noris restituere potest. non autem minor adversus sententiam maioris. ut ff. de min. minor.
Fieri autem debet causa cognita et adversario presente. ut ff. de min. quod si minor. et
non sep. Et nunc videamus quando sit facienda. Est autem facienda in minori etate
quandoque et post minorem etatem. infra quadriennium. ut c. de temporibus. in integrum. rest.
l. ult. Effectus eius est ut unusquisque suum recipiat. si tamen minor quam qui
cum eo contraxerit. ut ff. de minoribus. ad si minor. § restitutio. Item effectus eius est ut is
qui restituitur ad omnia restituatur. ut ff. de. ii. si. g. restituere. Illud
insuper notandum. quod in prescriptionibus non est necessaria restitutio. sed ipso iure minori et
ecclesie servantur illese. ut c. in quibus c. in integrum. restitutio non est. ne. l. ult. excepta
prescriptione. xxx. vel. xl. annorum. in qua sola pupillaris etas deducitur.
ut. c. de prescripto. xxx. vel. xl. annorum sic intra. Item pro re modica restitutio non
est facienda. ut ff. de min. sciendum. Item non solum minor. sed etiam maior
restituitur. ut absens causa rei publice. ut studiorum et miles. ut plene habetur
infra. ex quibus causis maior re.

Omni et ibi restauratio datur. vel actor rem de qua controversiam metuit
dolo alienat. unde consequenter de alienatione iudicii mutandi causa tractatur.
Videamus ergo quid hic dicatur alienare causa mutandi iudicii. que pena feriat
alienator. qua ille qui ab eo recepit. Alienare dicitur causa mutandi iu
dicii quod metuens controversiam dolo malo ve transfertur ut iudicium
mutet vel evitet et ideo dixi metuens. nam si lis est incepta. vel quasi sub
iacet ratio litigiosi. ut C. de litigiosis. l. ii. et in ar. litigiosa. sive autem ali
enet proprietatem sive possessionem. locum habet hoc edictum. ut. i. e. c. i.
pena alienatoris est. ut teneatur et conveniri possit de re ipsa. sic et primi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 7r – Bernardus Papiensis, Summa decretalium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49252)